(ut in verborum interpretatione docebimus)
benevolentiam attentionem appellet, quod autem ad al-
teram illam virtutem pertinet, quae fit ad eius ad
causam vel communis, id fit duobus modis in
hoc prooemio, altero cum ea tolluntur impedimenta
quae causae nocere potuissent, altero cum adiumenta
eius confirmantur, et optimo adversa significata de
Demosthene orat. in iudicibus evellit, bonam
existimationem inferunt. unum autem Demostheni ad
parvo impedimento hic esse videbatur nam illa
erat primum quod a iudicibus contenderat
Aeschines ut adversarium cogerent ad illud primum
respondere, num rationes reddidisset, hoc omnino
pervertebat defensionis ordinem, alterum quod
docet orator dicendum esse sibi de suis laudibus
id autem solere esse molestum auditoribus. 3m de-
nique quod hac defensio ad Ctesiphontem pertineret
tamen vero Demosthenes ad respondendum
surgeret, hac itaque impedimenta tolluntur primum quod
ad defensionis ordinem pertinet legibus comme-
morandis, et iureiurando iudicum, nam et leges
et iusiurandum a iudicibus exigere idem docet ut
permittant reo uti quo malit ordine. Alterum